

IO. BAPTISTÆ
HODIERNANA
I. C. NEAPOLITANI

Nouissimæ
ADDITIONES, ET OBSERVATIONES
ad Decisiones Mantuani Senatus

IO. PETRIS VRDI.

Quibus hac secunda editione præter antiquas nouæ insigniores
Quæstiones accesserunt, nouæq; Almi Consilij Neap.
sententiæ subnectuntur.

OPVS ADVOCATIS, CAUSIDICIS, CÆTERISQVE
in foro versantibus, per quam utile, atq; adeo necessarium.

ACCESSIT INDEX LOCUPLETISSIMVS.




VENETIIS, *Apud Savionos.* M. DC. XLIII.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



IL LVSTRISSIMO VIRO
D. HECTORI
CAPYCIO LATRO
TORELLI MARCHIONI,

REGIO SVPREMI ORDINIS A LATERE SENATORI,
 Regiamq; Cancellariam Regenti,
 Heroi suo.



IOANNES BAPTISTA HODIERNUS I. C. F.



Arere datur multis (Heros mi) sed conseruare paucis; illud laboris, prudentiæ istud Opus. Non satis parentibus, filium genuisse, quem optima deficiat educatio. Procreatur animal, educatur homo; cum bene gignitur, & prauè instituitur, pulchritudo in deformitatem, deformitas in scurrilitatem sponte abit. Huius proinde

tenelluli mei foetus Ego pater, tu educator, vt mihi moles corporis; tibi vis spiritus; mihi attamentum, tibi ornamentum debeatur. Per me erit, per te bene erit; mihi referet vagitus infantiae, tibi omnis æui gloriam debet. Per quot enim Orbis regiones HECTORIS præclara resonabunt facta, per tot & hic Liber, tuo celeberrimo addictus nomini, gloriosissime resonabit. Hinc fiet, vt gloria non mea ipse gloriæ, qualis auicula, Aquilæ alis insidens, volatum non ipsa suum ostentabat. Vnde maior & tibi gloria, cum viros inglorios gloriosos reddas. Vtque è mari flumina erumpentia, in mare ipsum vniuersa redeunt; ita honorem insignia in humillimos viros à magnis Heroibus collata, ad eorundem clariùs illustrandam maiestatem penitus redundant. Dilatantur humanitatis exemplis generosa pectora, vt plantarum, quò profundius radices in telluris centrum descendunt, eò altius fastigiatae eorum attolluntur ad æthera. Vale, ac diu vale, non minùs litterarum Mæcenas, quàm Patriæ rediuius HECTOR.

IO. BAPTISTÆ

HODIERNÆ


I. C. NEAP.

ADDITIONES NOVISSIMÆ

ad Decisiones Mantuani Senatus

A IO. PETRO SVRDO

COLLECTAS.



Ad laudem omnipotentis Dei, Deiparæque Virginis Mariæ,
& SS. Thomæ de Aquino, & Antonij de Padua.

SUMMARIUM.

- 1 Prescriptio centum annorum licet requiratur contra Romanam Ecclesiam, tamen contra habentem, ins ab ea, 30. annorum sufficit.
- 2 Ius colligendi pedagium minori spatio prescribitur contra Nobilem, quam contra Principem.
- 3 Prescribi potest contra eum, cui fuit concessum Castellum per Pontificem de plenitudine potestatis, quia eius possessio non est Papalis, sed privata.
- 4 Emphyteuta Ecclesie laicus conventus non potest nominando Ecclesiam declinare forum.
- 5 Ecclesia vti directæ domina accedens ad defensionem sui emphyteuta laici, non potest causam auocare ad Iudicem Ecclesiasticum.
- 6 Emphyteuta Ecclesie non potest conveniri ab ipsa Ecclesia coram Iudice Ecclesiastico pro solutione pensionis, vel pro relaxatione rei ex causa caducitatis.
- 7 Statutum de bonis emphyteuticis disponens, procedit etiã quoad bona emphyteutica qua sunt apud laicos, & pendent à directio domini Ecclesie.
- 8 Ecclesia succedens privato, contra quem inchoata erat prescriptio pro præterito, vititur iure privati, pro futuro verò privilegio Ecclesie.
- 9 Prescriptio 40. annorum locum habet vbi Ecclesia ageret contra alteram Ecclesiam.
- 10 Text. in cap. 1. §. si quis per triginta, si de feud. fuer. controu. non procedit contra Ecclesiam.
- 11 Contractus ad hoc ut presumatur emphyteuticus, cursus quadraginta annorum requiritur.
- 12 In præsumptione tituli lex regulatur à tempore requisito in prescriptiõne.
- 13 Tempus prescriptiõnis non incipit currere contra Ecclesiam, nisi à die mortis Prælati. Intellige n. 14.

- 15 Privilegio Ecclesie per non usum spatio 40. annorum dicitur renunciatum.
- 16 Feudum contra privatum prescribitur spatio 30. annorum cum præstatione seruitij Regia Curie. Intellige num. 17.
- 18 Præsens quando quis dicatur.
- 19 Text. in §. si quis per triginta, non procedit in Regno sine præsentia Regis.
- 20 Prescriptiõnes omnes per l. Imperialem sunt sublata, præter illam centum annorum.
- 21 Bona Fisco delata, vel incorporata quanto tempore prescribantur.
- 22 Princeps etiam si contrahat cum subdito, obligatur, nec potest contractum reuocare.
- 23 Pacta, & conventiones sunt seruanda.
- 24 Reipublice interest, ut pacta, & Principum conventiones obseruentur.
- 25 Princeps promittens inuestire Titum, & deinde concedat Caio, tenetur Titio ad interesse actione personali, & si ultra promissionem inuestiuit abusivè, tenetur ad dandum feudum, nec præstando interesse liberatur.
- 26 Princeps obligatur ex contractu merè lucrativo, sicuti ex utrò, citroque obligatorio, secus ex causa, quia potest reuocare.

DECIS. I.



Inter alia duo proponuntur ab Authore hic, relicta questione prescriptiõnis pacti de retrovendendo, de qua plenè dicam in decis. seq. Primò scilicet, quod sicut contra Romanam Ecclesiam spatio centum annorum prescribitur, ita etiam contra Principem.

A Secun-